Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



137

aut ibe cogitaciones eorꝝ. respondens di
xit ad illos. Quid cogitatis in cordib uris.
Quid ē facilius dicere dimittunt tibi pecca
ta tua. an dicere surge et ambula. Vt autem
sciatis quia filius hominis potestatē habet
in terra dimittendi peccata. tunc ait pa
ralytico. tibi dico surge tolle lectum tuum
et uade in domum tuam. Et confestim surgens
coram illis. tulit lectum in quo iacebat. et abi
it in domum suam magnificans dm. Et stu
por apphendit omes et magnificabant
dm. et repleti sunt timore dicentes. Quia
uidimus mirabilia hodie. Sabbo. do pcē
tij dieb ill. Conuenit missa. Actuum. a.
uniuersa ciuitas audire uerbum dei. Vi
dentes autem turbas iudei. repleti sunt zelo. et
contradicebant his que a paulo dicebantur
blasphemantes. Tunc constanter paulus
et barnabas dixerunt. Vobis oportebat
primum loqui uerbum dei. sed quo repulistis
illud. et indignos uos iudicastis eternae uitae.